# LIBER USUALIS

# MISSAE ET OFFICII

N° 780 c

IMPRIMATUR.

Tornaci, die 13 Decembris 1932.

J. LECOUVET, Vic. Gen.

Omnia jura vindicabimus, et in musicam hanc translationem, et in carmina quae non ex Vaticana editione, sed ex nostris *Variis Precibus*, aut aliis Solesmensibus libris excerpta sunt.

DESCLÉE & SOCII.

Copyright 1924 by DESCLÉE & Co., Paris.

# INDEX GENERALIS.


Prooemium . . . vii
De ritibus servandis in cantu Missae . . . xvi
Ordo Missae . . . 1
Cantus Ordinarii Missae . . . 9
- In Dominicis ad Aspersionem Aquae benedictae . . . 9
- Toni ℣. Gloria Patri ad Introitum . . . 12
- Kyrie, Gloria..., etc. . . . 14
- Modus cantandi Alleluia Tempore Paschali . . . 103
- Toni Communes Missae . . . 106

Cantus Ordinarii Officii . . . 119
- Toni Communes . . . 119
- Vespertini Psalmi per Tonos distributi . . . 141
- Dominica ad Vesperas . . . 217
- Ad Completorium. . . . 229

Proprium de Tempore. . . . 246
Commune Sanctorum . . . 915
Missae Votivae . . . 1091
In Exsequiis . . . 1123
Officium et Missae pro Defunctis. . . . 1132
Proprium Sanctorum . . . 1188
Appendix . . . 1608
- Pro Gratiarum actione . . . 1608
- Ad invocandum Spiritum Sanctum . . . 1613
- Processio ad petendam pluviam . . . 1614
- — ad postulandam serenitatem . . . 1615
- Ordo ad recipiendum processionaliter Episcopum. . . . 1617
- Ordo ad visitandas parochias . . . 1619
- De confirmandis . . . 1620
- In Ordinatione Presbyteri . . . 1623
- Cantus in Benedictione SS. Oleorum . . . 1624
- Varii cantus ad Benedictionem Ss. Sacramenti . . . 1625

# PROOEMIUM.

Gregoriani cantus duae jam sunt in usu notationes : 1° altera antiquior, quae quadrata dicitur : 2° altera recentior. Vides utramque infra.

Necesse est autem musica quaelibet notatio melos rhythmumque significet. Neumae igitur, quam gravi aut acuta voce sonus proferri debeat ; rhythmica vero signa, quanto tempore notulae teneantur, et quonam rhythmico cursu incedat melos, significant.

## I. — Quibus nominibus et figuris notulae praecipuaeque neumae significentur et quanti valeant.

### A. — Notae simplices

*sive nudae sive rhythmicis ornatae signis*

1 2 3 4 5

a. *Punctum quadratum*

b. *Punctum inclinatum*

c. *Virga*

quae omnia in recentiore notatione vertuntur :

d. *Apostropha*

e. *Oriscus*

f. *Quilisma*



Animadverte. — 1ª linea recta, nudam unamquamque notulam, quae idem valet ac ♪, tribus rhythmicis signis ornari posse. Hinc :

2ª linea, *rectum episema* tibi subdivisionem quamdam vel rhythmicum ictum significat ;

3ª linea, *transversum episema* quod et neumam afficere potest, aliquantulum vocem esse producendam indicat ;

4ª linea, *duplex episema* quod eamdem notulam afficit, eam signat esse subdividendam atque producendam, quae brevissima est *mora vocis*.

5ª linea, *punctum mora* notulam suam ferme duplicat, quae *mora vocis* longior est superiori.

### B. Neumae duarum notarum.

*Pes seu Podatus*



*Clivis*



### C. — Neumae trium notarum.

*Porrectus*



*Torculus*



*Scandicus*



*Climacus*



*Salicus*



D. — Neumae quatuor notarum et amplius.

*Porrectus flexus*


*Scandicus flexus*


*Salicus flexus*


*Torculus resupinus*


*Climacus resupinus*


*Pes subbipunctis*


E. — Neumae semivocales seu liquescentes.

*Epiphonus seu podatus liquescens*


*Cephalicus seu Clivis liquescens*


*Torculus liquescens*


*Ancus ou Climacus liquescens*


His omnibus addi potest alterutrum *episema* aut *punctum-mora.*



## II. — De quibusdam praecedentibus signis notatione digna.

1° *Virga*, cum geminatur, quod saepius accidit, *bivirga* vocatur, et in recentiore notatione notula ♩ significatur, aut duabus notulis sic inter se agglutinatis ·




2° *Apostropha* nunquam sola adhibetur; geminata, *distropha* dicitur; trigemina, *tristropha*; et amplius iterari potest :

*Distropha* :


*Tristropha* :




Singula hujus figurae elementa olim nonnulla vocis reparatione discernebantur; in choro autem canentibus, nostro quidem judicio, satis erit, si nondum sunt exercitatissimi, uno tenore proferre : sed nihil obstat quin eis addatur, prout res postulaverit, leve *crescendo* aut *decrescendo*. Optimum quidem esset apostropham leniter molliterque repercutere et hic est finis ad quem tendere debent.

Semper vero vocis quadam *repercussione* canenda erit prima quaeque nota tum cujusvis *strophici*, v. g. *a*, *b*, *c*, *d*, tum inferioris neumae, si stat in eodem gradu v. g. *e*, *f*.




3° *Oriscus* genus est *apostrophae*, quod neumas claudit, et duobus plerumque torculis interponitur.



4° *Quilisma*. Notula haec denticulata nonnisi media inter alias adhibetur, nec a ceteris spatio differt, sed semper praecedentem notam aut neumam modice protrahendam esse indicat; cum autem neumam sequitur, longior et acrior erit prima hujus neumae notula; imo prior *podati* aut *clivis* notula pro geminata tunc haberi potest. Cf. infra. *Sub throno.*




5° *Podatus* ex duabus constat notulis, quarum inferior prior proferenda est.

6° *Porrectus* ex tribus constat, quarum duae priores capita tenent lineae crassae in obliquum ductae.

7° *Scandicus* et *climacus* ambo, non mutato nomine, ex tribus notulis et amplius constare possunt. V. g.



8° *Salicus*. Quem noli, quaeso, cum *scandico* commiscere : illius primam notulam levissimum intervallum a secunda disjungit, et in ea rhythmicam indicat subdivisionem, quam saepius, quo res clarior fiat, *recto episemate* significamus.

9° *Flexus*. Flexae dicantur neumae, quae dum in acutum videntur desinere tonum *(porrectus, scandicus)*, alia subjuncta notula, ad graviorem flectuntur.

*Resupinus*. Resupinae dicuntur neumae, quae dum in gravem videntur desinere tonum (*torculus, climacus*), alia subjuncta notula, ad acutiorem resurgunt.

*Subpunctis* dicuntur neumae, quae in virgam desinentes, inclinatis punctis perficiuntur. Si duo adsunt puncta, neuma dicitur *subbipunctis;* si tria, *subtripunctis*, etc.

10° *Notae semivocales*, tenuioribus figuratae notis, reperiuntur, cum duae vocales aut quaedam consonantes concurrunt, ut in unum coalescant, v. g. *AUtem, Ejus, oMNis, saNCTus.*

11° *Pressus* est duarum in eodem gradu notularum concursus, quod fit

*a*) *Puncto* ante *clivem* posito :



*b*) Duarum concursu neumarum, dum prioris ultima nota stat in eodem gradu cum prima posterioris :

*Podatus et Clivis :*



*Climacus et Clivis :*



*Clivis et Clivis :*



*Scandicus et Climacus :*



Duae notulae in quadrata notatione appositae, in duplam unam coalescunt, quae acriter percutienda est : quod ut facias, te monet in musica translatione signum ʌ supra notam positum.

## III. — Pausae. Morae vocis. Respirationes.

Quod ad vim et diuturnitatem attinet, simplex nota idem omnino valet ac syllaba cui incumbit, et haec notulae aequiparari potest.

Gregorianum carmen, ut ipsa dictio, in periodos, membra, incisa dividitur, quae, ultimae aut duarum ultimarum notarum productione (*mora vocis* apud veteres), aut pausa quadam rite accommodata, distinguuntur.

*a*) Simplices *mora vocis*, aut *brevia minorisque discriminis incisa*, quibus absolutis respirare non licet aut vix conceditur, tibi satis significabit duplex episema quod notulam afficit vel rarius, punctum juxta notulam positum sive solum, sive cum minima linea.

*b*) *Incisa* vero *majoris momenti*, quae jam pro periodi membris haberi possunt, eodem modo signantur. Ea vero semper minima linea, i. e. quarta pars lineae, subsequitur.

Quod signum frequenter, in brevibus praesertim antiphonis, meram indicat rhythmicam divisionem, quin ullum respirationi locum concedat.

*c*) Quae autem proprie *periodi membra* dicuntur, et ex pluribus incisis constant, linea *minor*, i. e. dimidiata, tibi commonstrabit :



Hic plerumque respirationi indulgendum est, quod fit superiorem notulam paulo leviter minuendo.

*d*) *Periodus* denique aut linea *majore* clauditur, ubi



necesse est respirare, aut *geminata* linea, cum desinit carmen. Hic vox diutius moratur : quod in recentiore notatione signo indicatur, ante aut post lineam posito, prout res postulat.



*e*) *Virgula* respirationi e superiore notula sumptae breve tempus concedit :



*f*) *Stellula* verbis inserta locos notavimus, ubi inceptum a cantore carmen prosequitur chorus. Nam pro geminata linea utimur nunc communibus signis, cum opus est; aliquando enim nullam omnino moram poscit melodia.

## IV. — In episemata vel rhythmicos ictus animadvertenda.

Rhythmus vocis quidam *motus* est vel *incessus*, seu certa *sublationis* et *depositionis*, vel *impulsus* et *ictus* vicissitudo. Ex hac enim *rite composita* vicissitudine maxime constat ille, cujus initium quidem est impulsus vel *arsis*, clausula vero *thesis* seu depositio.

Rhythmicus autem ictus, in carminis cursu, secundo aut tertio quoque simplici tempore recurrit, nunquam singulo; ictus enim ictum continuo sectari nequit.[1]

Jam vero rhythmicos ictus, quos valde interest sedulo discernere, si vis gregorianum quodlibet carmen rite cantare, habes in hac notatione nostra unde discernere possis.

Depositione seu rhythmico ictu afficiuntur :

1. — **Omnes notulae quae recto episemate ornantur** (sive simplices, sive in media neuma).

2. — **Prima quaeque cujusvis neumae notula,**

*a*) sive singulae neumae ad unam referuntur syllabam, v. g.




*b*) sive neumae complures, quarum unaquaeque ex duabus aut tribus notulis constat, ad eamdem referuntur syllabam, et sibi invicem ita arcte junguntur, ut unam, sed longiorem neumam constituant :




Attamen excipiuntur : — *a*) *Pressus*. Prior enim podati clivisque nota ictu caret, quoties utriusque neumae posterior notula cum prima inferioris neumae ita conjungitur, ut *pressus* efficiatur :




[1] Si de his omnibus plura comperire volueris cf. *Le Nombre musical grégorien* ou *Rythmique grégorienne, théorie et pratique*, par le R. P. D. André Mocquereau.

*b) Salicus.* In salico  ictum accipere debet *secunda* notula. Hoc parvo intervallo significatur, quod primam a secunda disjungit. Prima enim in superiore annumeratur tempore. Cujus regulae duplex habes specimen in Introitu *Requiem aeternam* : syllabam *ae* scilicet in vocabulo *aeternam*, syllabamque *do* in *dona*.




*c)* Rectum autem episema, si in contentionem venit cum prima neumae cujusvis notula, semper illi praestat.



3. — **Virga quae neumas supereminet** (nisi forte adest superius aut inferius notula episemate ornata),

*a*) sive in media neuma :




*b*) sive in fine :




4. — **Prior uniuscujusque pressus notula.** Quod ex iis apparet, quae de hac figura supra diximus, p. xj. V. g. *Kyrie* in quo posterior podati notula *do* (syll. *e*) ictu ferienda est.

5. — **Omnes** antiquioris notationis **notulae** quae **puncto** insigniuntur et duplicantur, et recentioris **omnes** ♩.

DILIGENTER ADVERTE **haudquaquam inesse eamdem vim in illis ictibus ; major enim est in aliis, in aliis minor, in aliis minima,** *utpote quae posita sit et in syllaba ad quam referantur ictus, et in loco quem in neumis obtineant.* **Vehementer igitur erres eamdem vim eis tribuendo, quae in recentiore musica ictui tribuitur, sed multo vehementius eos aequiparando firmioribus in recentiore musica notulis aut acutae voci in dictione. Ictus enim ille non ad vim spectat, sed ad merum rhythmum seu motum, qui ex ipso carminis cursu notularumque** *sublatione* **et** *depositione* **proprie constat.**



## V. — De primis psalmodiae elementis.

Nostri *Vespertini Psalmi* ita typographice disponuntur ut quilibet cantor, paucis tantum praemissis, intelligenter et facile parvo hoc psalterio uti possit.

Tria sunt in omni integra psalmi modulatione : *a) inchoatio; b) tenor; c) clausulae* quarum prior seu *mediatio* in medio versiculo et in primae distinctionis fine, altera seu *terminatio* in fine secundae distinctionis habetur.

Si longior est prior pars versiculi, semiclausula dividitur quam *flexam* vocant quia ad ducendum spiritum vox paululum *flectit* atque quiescit.

Psalmodiae modulationes simplices vel sollemnes in octo tonis et *Peregrino* integre notantur initio psalmi vel cantici.

*Inchoatio* est melodiae incisio quae, initio psalmi, finem antiphonae cum tenore conjungit. Ex duabus vel tribus notis seu neumis constat quibus respondent totidem syllabae, duae scilicet vel tres primae, singulae singulis, nec ullam patitur exceptionem haec regula.

In psalmodia communi *inchoatio* non afficit nisi primum versiculum, reliqui enim confestim in chorda tenoris canuntur. Quod si in singulis versiculis repetenda est, ut in cantico *Magnificat* (p. 212. et sq.), semper tibi significatur.

Si plures — cum *Gloria* — canuntur psalmi sub eadem antiphona, primus uniuscujusque psalmi versiculus, quem ideo integre notavimus, denuo a cantore usque ad mediationem inchoandus est. (Vide *Ad Completorium* p. 270.)

*Tenor et Flexa.* — *Tenor* ex omnibus notis constat quae tum post inchoationem usque ad *mediationem*, tum a mediatione usque ad clausulam, et quidem uno spiritu, nisi occurrit *flexa*, concinuntur; quod rite perficiet chorus si legit, ut decet, diligenter acuendo in verbis quod acuendum est.

*Flexa* autem in psalmo occurrente, *flexae* intervallum tibi post primum psalmi versiculum indicatur.

*Clausulae.* — Omnis melodiae clausula — mediationes et terminationes — notatur initio psalmi juxta proprium tonum vel modum : quod si plures haberi possunt terminationes, antiphona quae psalmo antecedit determinat quaenam sit eligenda.

Porro duplex est in psalmis clausularum — mediationum scilicet vel terminationum — genus.



A. Clausulae unius accentûs { spondaicae (♪. ) Dómi-no mé- o
dactylicae (♪..) púeri Dómi-num

B. Clausulae duplicis accentûs



*a*) dispondaicae (♪. ♪. ) in to-to cór- de mé- o
*b*) didactylicae (♪.. ♪..) pú- e- ri Dó-mi- num
*c*) dactylo-spondaicae (♪.. ♪. ) có-ram te fé- ci
*d*) spondaico-dactylicae (♪. ♪..) co- gno- ví-sti me

Nec te fallit quod ubicumque *dactylica* utimur specie, interponitur in melodia nota quaedam superveniens — nota excavata ▫ — quae penultimae nota lenis nuncupatur.

Multae praeterea clausulae — mediationes vel terminationes — primam ante accentûs notam vel neuma, *unam habent syllabam ad praeparandum accentum*, vel *duas* vel *tres*. Istae autem clausulae in eo commode dignoscuntur quod de tenore *descendunt*, excepta tantum quinti toni mediatione quae sollemnis dicitur. Ex.

Toni

A tenore in accentum transitus fit sub una nota praeparante.




6

Sub duabus notis;




4

Sub tribus notis.




Per.

Ex his autem expositis oriuntur in usu nonnullae quaestiones quas tibi sequentia facile solvent.

1° — Uniuscujusque psalmi initio brevis quaedam rubrica tibi indicat cujus sint generis variae cantus clausulae — mediationes vel terminationes — verbis aptandae.

2° — *Litteris crassis scribuntur* omnes syllabae quae in unaquaque clausula respondere debent notis accentûs, primarii vel secundarii aut syllabae cujusvis quae pro accentu habenda est.

3° — *Italicis semper scripsimus litteris* syllabam vel syllabas ad melodiae accentum praeparantes.

4° — Omnis penultimae superveniens nota vel syllaba — nota excavata ▫ — locum in clausula tenet qui assignatur in primo psalmi versiculo integre notato.

Nonnullae tamen clausulae — mediationes vel terminationes — difficultatem praebent quae sic solvitur; cum in melodia ultimus spondaicae clausulae accentus *clivis* erit (A) *dactylicae* clausulae tractandae erunt ut tibi significatur lineâ B.

**A**

Spondaica forma :




**B**

Dactylica forma :




Quo casu, orationis accentus non jam *clivi* respondet ut in spondaica clausula, sed, quo suavior fluat melodiae clausula, anticipatae supervenienti notae quae



idcirco accentûs notula dicitur. Hujusmodi autem clausulae et tonus quem sortitur superveniens notula facile dignoscuntur : clausulas enim indicat tum rubrica initio uniuscujusque psalmi posita in quo inveniuntur ; tum etiam in musica signum ⁀ quod supervenientem clivemque superat et jungit ; nam ipsius supervenientis locus initio psalmi significatur. In oratione crassis scribuntur litteris et anticipata accentûs syllaba et penultima quae clivem afficit. Vide supra lineâ B.

*Psalmodia solemnis.* — Melodiae solemnes clausulae notantur initio cantici *Magnificat* 218, quae omnes reducuntur ad simplicis psalmodiae distributiones. A Româ licentiam accepimus habendi *ad libitum* pro clausula quae ex unico constet accentu tribusque notis antecedentibus, solemnem primi sextique clausulam quae vaticana editio inter duplicis accentûs clausulas posuit. Jam igitur omnes ejusdem modulationis clausulas eodem modo tractare licet.[1]

Toni




1, 6.




2, 8.

Conceditur etiam addere *ad libitum*, toni *Peregrini* mediationi notulam *g* ante *b molle*, quo fit ut clausula haec nil ab ordinaria clausula differat quae ex unico constet accentu tribusque notis antecedentibus.




4

DECRETUM

CIRCA SYLLABAS HYPERMETRICAS IN CANTU HYMNORUM.

*Dubium de syllabis hypermetricis quoad cantum.* A sacra Rituum Congregatione pluries expostulatum fuit : « An regula descripta in Antiphonario Vaticano circa syllabas hypermetricas, quæ frequenter occurrunt in cantu hymnorum, scilicet quod ipsæ non elidantur, sed distinctæ pronuncientur propriaque nota cantentur, stricte et rigorose interpretanda sit, vel e contra liceat etiam ipsas syllabas elidere, præsertim si in praxi id facilius et convenientius censeatur? »

Et sacra eadem Congregatio, audita specialis Commissionis pro cantu liturgico gregoriano sententia, propositæ quæstioni, re sedulo perpensa ita rescribendum censuit : « Negative ad primam partem, affirmative ad secundam ». Atque ita rescripsit et declaravit die 14 Maii 1915.

A. Card. Vico, *Pro-Præfectus.*

† Petrus La Fontaine, Patriarcha electus Venetiarum, *Secretarius.*

(Acta Apost. Sedis, 1915, fasc. 9, p. 237.)

1 Dum nobis haec licentia conceditur, qua alius quilibet uti nobiscum potest, ab eadem auctoritate competenti monemur rationem illam congruere, et cum *Motu proprio* die 25 aprilis anno 1904, et cum Decreto die 8 julii anno 1912 edito, de modo quo tractanda sint unius tantum syllabae verba, vel hebraica vocabula, cum Lectiones Versus Psalmique canuntur.

## TABELLA FESTORUM MOBILIUM

| Anno Domini | Litteræ Dominicales | Aureus num. | Septuagesima | Dies Cinerum | Pascha | Ascensio | Pentecostes | Corpus Christi | Dominicæ post Pentec. | Dominica I Adventus |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1932 | c b | 14 | 24 Jan. | 10 Febr. | 27 Mart. | 5 Maii | 15 Maii | 26 Maii | 27 | 27 Nov. |
| 1933 | A | 15 | 12 Febr. | 1 Mart. | 16 Apr. | 25 Maii | 4 Junii | 15 Junii | 25 | 3 Dec. |
| 1934 | g | 16 | 28 Jan. | 14 Febr. | 1 Apr. | 10 Maii | 20 Maii | 31 Maii | 27 | 2 Dec. |
| 1935 | f | 17 | 17 Febr. | 6 Mart. | 21 Apr. | 30 Maii | 9 Junii | 20 Junii | 24 | 1 Dec. |
| 1936 | e d | 18 | 9 Febr. | 26 Febr. | 12 Apr. | 21 Maii | 31 Maii | 11 Junii | 25 | 29 Nov. |
| 1937 | c | 19 | 24 Jan. | 10 Febr. | 28 Mart. | 6 Maii | 16 Maii | 27 Maii | 27 | 28 Nov. |
| 1938 | b | 1 | 13 Febr. | 2 Mart. | 17 Apr. | 26 Maii | 5 Junii | 16 Junii | 24 | 27 Nov. |
| 1939 | A | 2 | 5 Febr. | 22 Febr. | 9 Apr. | 18 Maii | 28 Maii | 8 Junii | 26 | 3 Dec. |
| 1940 | g f | 3 | 21 Jan. | 7 Febr. | 24 Mart. | 2 Maii | 12 Maii | 23 Maii | 28 | 1 Dec. |
| 1941 | e | 4 | 9 Febr. | 26 Febr. | 13 Apr. | 22 Maii | 1 Junii | 12 Junii | 25 | 30 Nov. |
| 1942 | d | 5 | 1 Febr. | 18 Febr. | 5 Apr. | 14 Maii | 24 Maii | 4 Junii | 26 | 29 Nov. |
| 1943 | c | 6 | 21 Febr. | 10 Mart. | 25 Apr. | 3 Junii | 13 Junii | 24 Junii | 23 | 28 Nov. |
| 1944 | b A | 7 | 6 Febr. | 23 Febr. | 9 Apr. | 18 Maii | 28 Maii | 8 Junii | 26 | 3 Dec. |
| 1945 | g | 8 | 28 Jan. | 14 Febr. | 1 Apr. | 10 Maii | 20 Maii | 31 Maii | 27 | 2 Dec. |
| 1946 | f | 9 | 17 Febr. | 6 Mart. | 21 Apr. | 30 Maii | 9 Junii | 20 Junii | 24 | 1 Dec. |
| 1947 | e | 10 | 2 Febr. | 19 Febr. | 6 Apr. | 15 Maii | 25 Maii | 5 Junii | 26 | 30 Nov. |
| 1948 | d c | 11 | 25 Jan. | 11 Febr. | 28 Mart. | 6 Maii | 16 Maii | 27 Maii | 27 | 28 Nov. |
| 1949 | b | 12 | 13 Febr. | 2 Mart. | 17 Apr. | 26 Maii | 5 Junii | 16 Junii | 24 | 27 Nov. |
| 1950 | A | 13 | 5 Febr. | 22 Febr. | 9 Apr. | 18 Maii | 28 Maii | 8 Junii | 26 | 3 Dec. |
| 1951 | g | 14 | 21 Jan. | 7 Febr. | 25 Mart. | 3 Maii | 13 Maii | 24 Maii | 28 | 2 Dec. |
| 1952 | f e | 15 | 10 Febr. | 27 Febr. | 13 Apr. | 22 Maii | 1 Junii | 12 Junii | 25 | 30 Nov. |
| 1953 | d | 16 | 1 Febr. | 18 Febr. | 5 Apr. | 14 Maii | 24 Maii | 4 Junii | 26 | 29 Nov. |
| 1954 | c | 17 | 14 Febr. | 3 Mart. | 18 Apr. | 27 Maii | 6 Junii | 17 Junii | 24 | 28 Nov. |
| 1955 | b | 18 | 6 Febr. | 23 Febr. | 10 Apr. | 19 Maii | 29 Maii | 9 Junii | 25 | 27 Nov. |
| 1956 | A g | 19 | 29 Jan. | 15 Febr. | 1 Apr. | 10 Maii | 20 Maii | 31 Maii | 27 | 2 Dec. |
| 1957 | f | 1 | 17 Febr. | 6 Mart. | 21 Apr. | 30 Maii | 9 Junii | 20 Junii | 24 | 1 Dec. |
| 1958 | e | 2 | 2 Febr. | 19 Febr. | 6 Apr. | 15 Maii | 25 Maii | 5 Junii | 26 | 30 Nov. |
| 1959 | d | 3 | 25 Jan. | 11 Febr. | 29 Mart. | 7 Maii | 17 Maii | 28 Maii | 27 | 29 Nov. |
| 1960 | c b | 4 | 14 Febr. | 2 Mart. | 17 Apr. | 26 Maii | 5 Junii | 16 Junii | 24 | 27 Nov. |
| 1961 | A | 5 | 29 Jan. | 15 Febr. | 2 Apr. | 11 Maii | 21 Maii | 1 Junii | 27 | 3 Dec. |
| 1962 | g | 6 | 18 Febr. | 7 Mart. | 22 Apr. | 31 Maii | 10 Junii | 21 Junii | 24 | 2 Dec. |
| 1963 | f | 7 | 10 Febr. | 27 Febr. | 14 Apr. | 23 Maii | 2 Junii | 13 Junii | 25 | 1 Dec. |
| 1964 | e d | 8 | 26 Jan. | 12 Febr. | 29 Mart. | 7 Maii | 17 Maii | 28 Maii | 27 | 29 Nov. |
| 1965 | c | 9 | 14 Febr. | 3 Mart. | 18 Apr. | 27 Maii | 6 Junii | 17 Junii | 24 | 28 Nov. |
| 1966 | b | 10 | 6 Febr. | 23 Febr. | 10 Apr. | 19 Maii | 29 Maii | 9 Junii | 25 | 27 Nov. |
| 1967 | A | 11 | 22 Jan. | 8 Febr. | 26 Mart. | 4 Maii | 14 Maii | 25 Maii | 28 | 3 Dec. |

# KALENDARIUM ROMANUM.

## JANUARIUS.

| | | | |
|---|---|---|---|
| A | 1 | CIRCUMCISIO DOMINI et Octava Nativitatis, *dupl. II. class.* | 353 |
| | | *Dom. inter Circumcisionem et Epiphaniam.* — SANCTISSIMI NOMINIS JESU, *dupl. II. class.* | 357 |
| b | 2 | Octava S. Stephani Protomart., *simplex* | |
| c | 3 | Octava S. Joannis Ap. et Ev., *simplex* | |
| d | 4 | Octava SS. Innocentium MM., *simplex* | |
| e | 5 | Vigilia Epiphaniae, *semidupl.* | 365 |
| | | Commemoratio S. Telesphori Papae et Mart. | |
| f | 6 | EPIPHANIA DOMINI, *d. I. cl.* cum Octava privilegiata II. Ordinis. | 366 |
| | | *Dom. infra Oct. Epiphaniae.* SANCTAE FAMILIAE JESU, MARIAE, JOSEPH, *dupl. maj.* | 377v |
| g | 7 | De Octava Epiphaniae, *semidupl.* | |
| A | 8 | De Octava, *semidupl.* | |
| b | 9 | De Octava, *semidupl.* | |
| c | 10 | De Octava, *semidupl.* | |
| d | 11 | De Octava, *semidupl.* | 386v |
| | | Commemoratio S. Hygini Papae et Mart. | 386v |
| e | 12 | De Octava, *semidupl.* | |
| f | 13 | Octava Epiphaniae, *dupl. maj.* | |
| g | 14 | S. Hilarii Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* | 1214 |
| | | Commemoratio S. Felicis Presb. et Mart. | 1214 |
| A | 15 | S. Pauli primi Eremitae, Conf., *dupl.* | 1214 |
| | | Commemoratio S. Mauri, Abb. | 1214 |
| b | 16 | S. Marcelli I. Papae et Mart., *semidupl.* | 1215 |
| c | 17 | S. Antonii Abb., *dupl.* | 1215 |
| d | 18 | Cathedra S. Petri Romae, *dupl. maj.* | 1215 |
| | | Commemorationes S. Pauli Ap. ac S. Priscae Virg. et Mart. | 1216 |
| e | 19 | SS. Marii, Marthae, Audifacis et Abachum MM., *simplex* | 1221 |
| | | Commemoratio S. Canuti Regis, Mart. | 1221 |
| f | 20 | SS. Fabiani Papae et Sebastiani MM., *dupl.* | 1221 |
| g | 21 | S. Agnetis Virg. et Mart., *dupl.* | 1224 |
| A | 22 | SS. Vincentii et Anastasii MM., *semid.* | 1226 |
| b | 23 | S. Raymundi de Peñafort Conf., *semid.* | 1227 |
| | | Commemoratio S. Emerentianae Virg. et Mart. | 1227 |
| c | 24 | S. Timothei Ep. et Mart., *dupl.* | 1227 |
| d | 25 | Conversio S. Pauli Ap., *dupl. maj.* | 1227 |
| | | Commemoratio S. Petri Ap. | |
| e | 26 | S. Polycarpi Ep. et Mart., *dupl.* | 1235 |
| f | 27 | S. Joannis Chrysostomi Ep., Conf. et Eccl. Doct. | 1236 |
| g | 28 | S. Agnetis secundo, *simplex* | 1236 |
| A | 29 | S. Francisci Salesii Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* | 1237 |
| b | 30 | S. Martinae Virg. et Mart., *semidupl.* | 1237 |
| c | 31 | S. Petri Nolasci Conf., *dupl.* | 1237 |

## FEBRUARIUS.

| | | | |
|---|---|---|---|
| d | 1 | S. Ignatii Ep. et Mart., *dupl.* | 1237 |
| e | 2 | PURIFICATIO B. M. V., *dupl. II. class.* | 1239 |
| f | 3 | S. Blasii Ep. et Mart., *simplex* | 1253 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| g | 4 | S. Andreae Corsini Ep. et Conf., *dupl.* | 1253 |
| A | 5 | S. Agathae Virg. et Mart., *dupl.* | 1253 |
| b | 6 | S. Titi Ep. et Conf., *dupl.* | 1257 |
| | | Commemoratio S. Dorotheae Virg. et Mart. | 1257 |
| c | 7 | S. Romualdi Abb., *dupl.* | 1258 |
| d | 8 | S. Joannis de Matha Conf., *dupl.* | 1258 |
| e | 9 | S. Cyrilli Ep. Alexandrini, Conf. et Eccl. Doct. *dupl.* | 1258 |
| | | Commemoratio S. Apolloniae Virg. et Mart. | 1258 |
| f | 10 | S. Scholasticae Virg., *dupl.* | 1259 |
| g | 11 | Apparitio B. M. V. Immaculatae, *dupl. maj.* | 1259 |
| A | 12 | SS. Septem Fundatorum Ordinis Servorum B. M. V. Conf., *dupl.* | 1268 |
| b | 13 | | |
| c | 14 | S. Valentini Presb. et Mart., *simplex* | 1274 |
| d | 15 | SS. Faustini et Jovitae MM., *simplex* | 1274 |
| e | 16 | | |
| f | 17 | | |
| g | 18 | S. Simeonis Ep. et Mart., *simplex* | 1274 |
| A | 19 | | |
| b | 20 | | |
| c | 21 | | |
| d | 22 | Cathedra S. Petri Antiochiae, *dupl. maj.* | 1274 |
| | | Commemoratio S. Pauli Apostoli. | |
| e | 23 | S. Petri Damiani Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* | 1274 |
| | | Commemoratio Vigiliae. | |
| f | 24 | S. Matthiae Apostoli, *dupl. II. class.* | 1274 |
| g | 25 | | |
| A | 26 | | |
| b | 27 | | |
| c | 28 | | |

## MARTIUS.

| | | | |
|---|---|---|---|
| d | 1 | | |
| e | 2 | | |
| f | 3 | | |
| g | 4 | S. Casimiri Conf., *semidupl.* | 1276 |
| | | Commemoratio S. Lucii I. Papae et Mart. | 1276 |
| A | 5 | | |
| b | 6 | SS. Perpetuae et Felicitatis MM., *dupl.* | 1276 |
| c | 7 | S. Thomae de Aquino Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* | 1276 |
| d | 8 | S. Joannis de Deo Conf., *dupl.* | 1277 |
| e | 9 | S. Franciscae Romanae Vid., *dupl.* | 1277 |
| f | 10 | SS. Quadraginta MM., *semidupl.* | 1277 |
| g | 11 | | |
| A | 12 | S. Gregorii I. Papae, Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* | 1277 |
| b | 13 | | |
| c | 14 | | |
| d | 15 | | |
| e | 16 | | |
| f | 17 | S. Patricii Ep. et Conf., *dupl.* | 1279 |
| g | 18 | S. Cyrilli Ep. Hierosolymitani, Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* | 1279 |
| A | 19 | S. JOSEPH, SPONSI B. M. V. Conf., *dupl. I. class.* | 1280 |
| b | 20 | | |
| c | 21 | S. Benedicti Abb., *dupl. maj.* | 1287 |
| d | 22 | | |
| e | 23 | | |
| f | 24 | S. Gabrielis Archangeli, *dupl. maj.* | 1287 |



| | | | |
|---|---|---|---|
| g | 25 | ANNUNTIATIO B. MARIAE V., *dupl. I. class.* | 1292 |
| A | 26 | | |
| b | 27 | S. Joannis Damasceni Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* | 1295 |
| c | 28 | S. Joannis a Capistrano Conf., *semidupl.* | 1299 |
| d | 29 | | |
| e | 30 | | |
| f | 31 | | |
| | | *Feria VI. post Dom. Passionis.* — Septem Dolorum B. M. V., *dupl. maj.* | 1299 |

## APRILIS.

| | | | |
|---|---|---|---|
| g | 1 | | |
| A | 2 | S. Francisci de Paula Conf., *dupl.* | 1300 |
| b | 3 | | |
| c | 4 | S. Isidori Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* | 1301 |
| d | 5 | S. Vincentii Ferrerii Conf., *dupl.* | 1301 |
| e | 6 | | |
| f | 7 | | |
| g | 8 | | |
| A | 9 | | |
| b | 10 | | |
| c | 11 | S. Leonis I. Papae, Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* | 1301 |
| d | 12 | | |
| e | 13 | S. Hermenegildi Regis, Mart., *semid.* | 1302 |
| f | 14 | S. Justini Mart., *dupl.* | 1302 |
| | | Commemoratio SS. Tiburtii, Valeriani et Maximi MM. | 1303 |
| g | 15 | | |
| A | 16 | | |
| b | 17 | S. Aniceti Papae et Mart., *simplex* | 1306 |
| c | 18 | | |
| d | 19 | | |
| e | 20 | | |
| f | 21 | S. Anselmi Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* | 1306 |
| g | 22 | SS. Soteris et Caii PP. et MM., *semid.* | 1306 |
| A | 23 | S. Georgii Mart., *semid.* | 1307 |
| b | 24 | S. Fidelis a Sigmaringa Mart., *dupl.* | 1307 |
| c | 25 | S. Marci Evang., *dupl. II. class.* | 1307 |
| d | 26 | SS. Cleti et Marcellini PP. et MM., *semid.* | 1308 |
| e | 27 | S. Petri Canisii Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* | 1308 |
| f | 28 | S. Pauli a Cruce Conf., *dupl.* | 1308 |
| | | Commemoratio S. Vitalis Mart. | 1309 |
| g | 29 | S. Petri Mart., *dupl.* | 1312 |
| A | 30 | S. Catharinae Senensis Virg., *dupl.* | 1312 |
| | | *Feria IV. infra Hebdom. II. post Oct. Paschae.* — SOLEMNITAS S. JOSEPH, Sponsi B. M. V., Conf. et Eccl. Univers. Patroni, *dupl. I. class.* cum Octava communi | 1313 |
| | | *Feria IV. infra Hebd. III. post Oct. Paschae.* — Octava S. Joseph, *d. m.* | |

## MAIUS.

| | | | |
|---|---|---|---|
| b | 1 | SS. Philippi et Jacobi App., *dupl. II. class.* | 1322 |
| c | 2 | S. Athanasii Ep., Conf. et Eccl. Doct. *dupl.* | 1327 |
| d | 3 | Inventio Crucis, *dupl. II. class.* | 1328 |
| | | Commemoratio SS. Alexandri I. Papae, Eventii et Theoduli MM. ac S. Juvenalis Ep. et Conf. | |
| e | 4 | S. Monicae Viduae, *dupl.* | 1335 |
| f | 5 | S. Pii V. Papae et Conf., *dupl.* | 1335 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| g | 6 | S. Joannis ante Portam Latinam, *dupl. maj.* | 1335 |
| A | 7 | S. Stanislai Ep. et Mart., *dupl.* | 1336 |
| b | 8 | Apparitio S. Michaelis Archang., *dupl. maj.* | 1336 |
| c | 9 | S. Gregorii Nazianzeni Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* | 1336 |
| d | 10 | S. Antonini Ep. et Conf., *dupl.* | 1336 |
| | | Commemoratio SS. Gordiani et Epimachi MM. | 1337 |
| e | 11 | | |
| f | 12 | SS. Nerei, Achillei et Domitillae Virg. atque Pancratii MM., *semid.* | 1337 |
| g | 13 | S. Roberti Bellarmino Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* | 1337 |
| A | 14 | S. Bonifatii Mart., *simplex.* | 1337 |
| b | 15 | S. Joannis Baptistae de la Salle Conf., *dupl.* | 1337 |
| c | 16 | S. Ubaldi Ep. et Conf., *semidupl.* | 1338 |
| d | 17 | S. Paschalis Baylon Conf., *dupl.* | 1338 |
| e | 18 | S. Venantii Mart., *dupl.* | 1338 |
| f | 19 | S. Petri Caelestini Papae et Conf., *dupl.* | 1338 |
| | | Commemoratio S. Pudentianae Virg. | 1339 |
| g | 20 | S. Bernardini Senensis Conf., *semidupl.* | 1339 |
| A | 21 | | |
| b | 22 | | |
| c | 23 | | |
| d | 24 | | |
| e | 25 | S. Gregorii VII. Papae et Conf., *dupl.* | 1339 |
| | | Commemoratio S. Urbani I. Papae et Mart. | 1339 |
| f | 26 | S. Philippi Nerii Conf., *dupl.* | 1339 |
| | | Commemoratio S. Eleutherii Papae et Mart. | 1340 |
| g | 27 | S. Bedae Venerabilis Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* | 1342 |
| | | Commemoratio S. Joannis I. Papae et Mart. | 1343 |
| A | 28 | S. Augustini Ep. et Conf., *dupl.* | 1343 |
| b | 29 | S. Mariae Magdalenae de Pazzis Virg., *semidupl.* | 1343 |
| c | 30 | S. Felicis Papae et Mart., *simplex.* | 1344 |
| d | 31 | S. Angelae Mericiae Virg., *dupl.* | 1344 |
| | | Commemoratio S. Petronillae Virg. | 1344 |
| | | *Feria VI. post Octavam SS. Corporis Christi.* — SACRATISSIMI CORDIS JESU, *dupl. I. class.* | 1344 |

## JUNIUS.

| | | | |
|---|---|---|---|
| e | 1 | | |
| f | 2 | SS. Marcellini, Petri atque Erasmi MM., *simplex* | 1356 |
| g | 3 | | |
| A | 4 | S. Francisci Caracciolo Conf., *dupl.* | 1357 |
| b | 5 | S. Bonifatii Ep. et Mart., *dupl.* | 1361 |
| c | 6 | S. Norberti Ep. et Conf., *dupl.* | 1367 |
| d | 7 | | |
| e | 8 | | |
| f | 9 | SS. Primi et Feliciani MM., *simplex* | 1367 |
| g | 10 | S. Margaritae Reginae Vid., *semid.* | 1367 |
| A | 11 | S. Barnabae Apostoli, *dupl. maj.* | 1367 |
| b | 12 | S. Joannis a S. Facundo Conf., *dupl.* | 1370 |
| | | Commemoratio SS. Basilidis, Cyrini, Naboris et Nazarii MM. | 1370 |
| c | 13 | S. Antonii de Padua Conf., *dupl.* | 1371 |
| d | 14 | S. Basilii Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* | 1371 |
| e | 15 | SS. Viti, Modesti atque Crescentiae, MM., *simplex.* | 1372 |
| f | 16 | | |
| g | 17 | | |
| A | 18 | S. Ephraem Syri, Diaconi, Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* | 1373 |
| | | Commemoratio SS. Marci et Marcelliani MM. | 1373 |



| | | | |
|---|---|---|---|
| b | 19 | S. Julianae de Falconeriis Virg., *dupl.* | 1373 |
| | | Commemoratio SS. Gervasii et Protasii MM. | 1373 |
| c | 20 | S. Silverii Papae et Mart., *simplex.* | 1374 |
| d | 21 | S. Aloysii Gonzagae Conf., *dupl.* | 1374 |
| e | 22 | S. Paulini Ep. et Conf., *dupl.* | 1376 |
| f | 23 | Vigilia. | |
| g | 24 | NATIVITAS S. JOANNIS BAPTISTÆ, *dupl. I. class.* cum Octava communi | 1377 |
| A | 25 | S. Gulielmi Abb., *dupl.* | 1386 |
| | | Commemoratio Octavae. | |
| b | 26 | SS. Joannis et Pauli MM., *dupl.* | 1386 |
| | | Commemoratio Octavae. | |
| c | 27 | De Octava S. Joannis, *semidupl.* | |
| d | 28 | S. Irenaei, Ep. et Mart., *dupl.* | 1390 |
| | | Commemoratio Octavae et Vigiliae. | |
| e | 29 | SS. PETRI ET PAULI APP., *dupl. I. class.* cum Octava communi. | 1394 |
| f | 30 | Commemoratio S. Pauli Ap., *dupl. maj.* | 1405 |
| | | Commemoratio S. Petri Ap. et Oct. S. Joannis. | |

## JULIUS.

| | | | |
|---|---|---|---|
| g | 1 | Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C., *dupl. II. class.* | 1406 |
| | | Commemoratio diei Octavae S. Joannis. | |
| A | 2 | Visitatio B. M. V., *dupl. II. class.* | 1415 |
| | | Commemoratio SS. Processi et Martiniani MM. | |
| b | 3 | S. Leonis II. Papae et Conf., *semidupl.* | 1419 |
| c | 4 | De Octava SS. Petri et Pauli App., *semidupl.* | |
| d | 5 | S. Antonii Mariae Zaccaria Conf., *dupl.* | 1419 |
| | | Commemoratio Octavae SS. Apostolorum. | |
| e | 6 | Octava SS. Petri et Pauli App., *dupl. maj.* | 1423 |
| f | 7 | SS. Cyrilli et Methodii Epp. et Conff., *dupl.* | 1426 |
| g | 8 | S. Elisabeth Reginae, Viduae, *semidupl.* | 1427 |
| A | 9 | | |
| b | 10 | SS. Septem Fratrum MM. ac SS. Rufinae et Secundae Vv. et MM. *semidupl.* | 1428 |
| c | 11 | S. Pii I. Papae et Mart., *simplex* | 1428 |
| d | 12 | S. Joannis Gualberti Abbatis, *dupl.* | 1428 |
| | | Commemoratio SS. Naboris et Felicis MM. | 1429 |
| e | 13 | S. Anacleti Papae et Mart., *semidupl.* | 1429 |
| f | 14 | S. Bonaventurae Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* | 1429 |
| g | 15 | S. Henrici Imperatoris, Conf., *semidupl.* | 1429 |
| A | 16 | Commemoratio B. M. V. de Monte Carmelo, *dupl. maj.* | 1430 |
| b | 17 | S. Alexii Conf., *semidupl.* | 1433 |
| c | 18 | S. Camilli de Lellis Conf., *dupl.* | 1433 |
| | | Commemoratio SS. Symphorosae et septem Filiorum ejus MM. | 1434 |
| d | 19 | S. Vincentii a Paulo Conf., *dupl.* | 1435 |
| e | 20 | S. Hieronymi Aemiliani Conf., *dupl.* | 1435 |
| | | Commemoratio S. Margaritae Virg. et Mart. | 1436 |
| f | 21 | S. Praxedis Virg., *simplex* | 1439 |
| g | 22 | S. Mariae Magdalenae Poenit., *dupl.* | 1439 |
| A | 23 | S. Apollinaris Ep. et Mart., *dupl.* | 1443 |
| | | Commemoratio S. Liborii Ep. et Conf. | 1443 |
| b | 24 | Vigilia. | |
| | | Commemoratio S. Christinae Virg. et Mart. | 1444 |
| c | 25 | S. Jacobi Ap., *dupl. II. class.* | 1444 |
| | | Commemoratio S. Christophori Mart. | |
| d | 26 | S. Annae, Matris B. M. V., *dupl. II. class.* | 1445 |

e 27 S. Pantaleonis Mart., *simplex* . 1447
f 28 SS. Nazarii et Celsi MM., Victoris I. Papae et Mart. ac Innocentii Papae et Conf., *semidupl.* . 1447
g 29 S. Marthae Virg., *semidupl.* . 1447
Commem. SS. Felicis II. Papae, Simplicii, Faustini et Beatricis MM. 1447
A 30 SS. Abdon et Sennen MM., *simplex* . 1448
b 31 S. Ignatii Conf., *dupl. maj.* . 1448

## AUGUSTUS.

c 1 S. Petri ad Vincula, *dupl. maj.* . 1449
Commemoratio S. Pauli Ap. ac SS. Machabaeorum MM.
d 2 S. Alfonsi Mariae de Ligorio Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* . 1454
Commemoratio S. Stephani I. Papae et Mart. . 1455
e 3 Inventio S. Stephani Protomart., *semidupl.* . 1459
f 4 S. Dominici Conf., *dupl. maj.* . 1459
g 5 Dedicatio S. Mariae ad Nives, *dupl. maj.* . 1459
A 6 Transfiguratio D. N. J. C., *dupl. II. class.* . 1459
Commemoratio SS. Xysti II. Papae, Felicissimi et Agapiti MM.
b 7 S. Cajetani Conf., *dupl.* . 1467
Commemoratio S. Donati Ep. et Mart. . 1467
c 8 SS. Cyriaci, Largi et Smaragdi MM., *semidupl.* . 1468
d 9 S. Joannis Mariae Vianney Conf., *dupl.* . 1468
Commemoratio S. Romani Mart. . 1468
e 10 S. Laurentii Mart., *dupl. II. class.* cum Octava simplici . 1468
f 11 SS. Tiburtii et Susannae Virg. et MM., *simplex* . 1474
g 12 S. Clarae Virg., *dupl.* . 1474
A 13 SS. Hippolyti et Cassiani MM., *simplex* . 1475
b 14 Vigilia.
Commemoratio S. Eusebii Conf. . 1475
c 15 ASSUMPTIO B. M. V., *dupl. I. class.* cum Octava communi . 1475
d 16 S. Joachim, Patris B. M. V., Conf., *dupl. II. class.* . 1483
e 17 S. Hyacinthi Conf., *dupl.* . 1487
Commemoratio Octavae Assumptionis ac diei Octavae S. Laurentii . 1487
f 18 De Octava Assumptionis, *semidupl.*
Commemoratio S. Agapiti Mart. . 1487
g 19 S. Joannis Eudes Conf., *dupl.* — Commemor. Octavae Assumptionis. 1487
A 20 S. Bernardi Abb., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* . 1487
Commemoratio Octavae Assumptionis.
b 21 S. Joannae Franciscae Fremiot de Chantal Vid., *dupl.* . 1488
Commemoratio Octavae Assumptionis.
c 22 Octava Assumptionis B. M. V., *dupl. maj.* . 1488
Commemoratio SS. Timothei et soc. MM. . 1488
d 23 S. Philippi Benitii Conf., *dupl.* . 1489
Commemoratio Vigiliae.
e 24 S. Bartholomaei Apostoli, *dupl. II. class.* . 1488
f 25 S. Ludovici Regis, Conf., *semidupl.* . 1490
g 26 S. Zephyrini Papae et Mart., *simplex* . 1491
A 27 S. Josephi Calasanctii Conf., *dupl.* . 1491
b 28 S. Augustini Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* . 1493
Commemoratio S. Hermetis Mart. . 1493
c 29 Decollatio S. Joannis Baptistae, *dupl. maj.* . 1494
Commemoratio S. Sabinae Mart. . 1496
d 30 S. Rosae Limanae Virg., *dupl.* . 1498
Commemoratio SS. Felicis et Adaucti MM. . 1498
e 31 S. Raymundi Nonnati Conf., *dupl.* . 1499



## SEPTEMBER.

f 1 S. Aegidii Abb., *simplex* . 1499
Commemoratio SS. Duodecim Fratrum MM. . 1499
g 2 S. Stephani Regis, Conf., *semidupl.* . 1499
A 3
b 4
c 5 S. Laurentii Justiniani Ep. et Conf., *semidupl.* . 1500
d 6
e 7
f 8 Nativitas B. M. V., *dupl. II. class.* cum Octava simplici . 1500
Commemoratio S. Hadriani Mart.
g 9 S. Gorgonii Mart., *simplex* . 1503
A 10 S. Nicolai de Tolentino Conf., *dupl.* . 1504
b 11 SS. Proti et Hyacinthi MM., *simplex* . 1504
c 12 Sanctissimi Nominis Mariae, *dupl. maj.* . 1504
d 13
e 14 Exaltatio S. Crucis, *dupl. maj.* . 1505
f 15 Septem Dolorum B. M. V., *dupl. II. class.* . 1507
Commemoratio S. Nicomedis Mart.
g 16 SS. Cornelii Papae et Cypriani Ep. et MM. *semidupl.* . 1518
Commemoratio SS. Euphemiae, Luciae et Geminiani MM. . 1518
A 17 Impressio Sacror. Stigmatum S. Francisci Conf., *dupl.* . 1518
b 18 S. Josephi a Cupertino Conf., *dupl.* . 1520
c 19 SS. Januarii Ep. et Socior. MM., *dupl.* . 1524
d 20 SS. Eustachii et Socior. MM., *dupl.* . 1524
Commemoratio Vigiliae.
e 21 S. Matthaei Apostoli et Evangelistae, *dupl. II. class.* . 1524
f 22 S. Thomae de Villanova Ep. et Conf., *dupl.* . 1525
Commemoratio SS. Mauritii et Socior., MM. . 1526
g 23 S. Lini Papae et Mart., *semidupl.* . 1526
Commemoratio S. Theclae Virg. et Mart. . 1526
A 24 B. M. V. de Mercede, *dupl. maj.* . 1526
b 25
c 26 SS. Cypriani et Justinae Virg. MM., *simplex* . 1526
d 27 SS. Cosmae et Damiani MM., *semidupl.* . 1527
e 28 S. Wenceslai Ducis, Mart., *semidupl.* . 1527
f 29 DEDICATIO S. MICHAELIS ARCHANGELI, *dupl. I. class.* . 1527
g 30 S. Hieronymi Presb., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* . 1538

## OCTOBER.

A 1 S. Remigii Ep. Conf., *simplex* . 1538
b 2 SS. Angelorum Custodum, *dupl. maj.* . 1538
c 3 S. Teresiae a Jesu Infante Virg., *dupl.* . 1540*
d 4 S. Francisci Conf., *dupl. maj.* . 1541
e 5 SS. Placidi et Socior. MM., *simplex* . 1541
f 6 S. Brunonis Conf., *dupl.* . 1541
g 7 Sanctissimi Rosarii B. M. V., *dupl. II. class.* . 1541
Commemoratio S. Marci I. Papae et Conf., ac SS. Sergii et Soc. MM.
A 8 S. Birgittae Viduae, *dupl.* . 1549
b 9 SS. Dionysii Ep., Rustici et Eleutherii MM., *semidupl.* . 1549
c 10 S. Francisci Borgiae Conf., *semidupl.* . 1549
d 11 Maternitatis B. Mariae Virginis . 1549*
e 12

| | | | |
|---|---|---|---|
| f | 13 | S. Eduardi Regis, Conf., *semidupl.* | 1550 |
| g | 14 | S. Callisti I. Papae et Mart., *dupl.* | 1550 |
| A | 15 | S. Teresiae Virg., *dupl.* | 1550 |
| b | 16 | S. Hedwigis Viduae, *semidupl.* | 1550 |
| c | 17 | S. Margaritae Mariae Alacoque Virg., *dupl.* | 1550 |
| d | 18 | S. LUCAE EVANGELISTAE, *dupl. II. class.* | 1551 |
| e | 19 | S. Petri de Alcantara Conf., *dupl.* | 1551 |
| f | 20 | S. Joannis Cantii Conf., *dupl.* | 1552 |
| g | 21 | S. Hilarionis Abb., *simplex* | 1556 |
| | | Commemoratio SS. Ursulae et Sociarum VV. et MM. | 1556 |
| A | 22 | | |
| b | 23 | | |
| c | 24 | S. Raphaelis Archangeli, *dupl. maj.* | 1556 |
| d | 25 | SS. Chrysanthi et Dariae MM., *simplex.* | 1559 |
| e | 26 | S. Evaristi Papae et Mart., *simplex* | 1559 |
| f | 27 | Vigilia. | |
| g | 28 | SS. SIMONIS ET JUDAE APP., *dupl. II. class.* | 1560 |
| A | 29 | | |
| b | 30 | | |
| c | 31 | Vigilia. | |

## NOVEMBER.

| | | | |
|---|---|---|---|
| d | 1 | OMNIUM SANCTORUM, *dupl. I. class.* cum Octava communi | 1561 |
| e | 2 | Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum, *dupl.* | 1573 |
| f | 3 | De Octava Omnium Sanctorum, *semidupl.* | |
| g | 4 | S. Caroli Ep. et Conf., *dupl.* | 1576 |
| | | Commemoratio Octavae ac SS. Vitalis et Agricolae MM. | 1577 |
| A | 5 | De Octava Omnium Sanctorum, *semidupl.* | |
| b | 6 | De Octava Omnium Sanctorum, *semidupl.* | |
| c | 7 | De Octava Omnium Sanctorum, *semidupl.* | |
| d | 8 | Octava Omnium Sanctorum, *dupl. maj.* | 1577 |
| | | Commemoratio SS. Quatuor Coronatorum MM. | 1577 |
| e | 9 | DEDICATIO ARCHIBASILICAE SS. SALVATORIS, *dupl. II. class.* | 1577 |
| | | Commemoratio S. Theodori Mart. | |
| f | 10 | S. Andreae Avellini Conf., *dupl.* | 1577 |
| | | Commemoratio SS. Tryphonis, Respicii et Nymphae MM. | 1577 |
| g | 11 | S. Martini Ep. et Conf., *dupl.* | 1578 |
| | | Commemoratio S. Mennae Mart. | 1578 |
| A | 12 | S. Martini I. Papae et Mart., *semidupl.* | 1582 |
| b | 13 | S. Didaci Conf., *semidupl.* | 1582 |
| c | 14 | S. Josaphat Ep. et Mart., *dupl.* | 1582 |
| d | 15 | S. Alberti Magni Ep., Conf. et Eccl. Doct. | 1584 |
| e | 16 | S. Gertrudis Virg., *dupl.* | 1584 |
| f | 17 | S. Gregorii Thaumaturgi Ep. et Conf., *semidupl.* | 1585 |
| g | 18 | Dedicatio Basilicarum SS. Petri et Pauli App., *dupl. maj.* | 1585 |
| A | 19 | S. Elisabeth Viduae, *dupl.* | 1585 |
| | | Commemoratio S. Pontiani Papae et Mart. | 1585 |
| b | 20 | S. Felicis de Valois Conf., *dupl.* | 1585 |
| c | 21 | Praesentatio B. M. V., *dupl. maj.* | 1585 |
| d | 22 | S. Caeciliae Virg. et Mart., *dupl.* | 1586 |
| e | 23 | S. Clementis I. Papae et Mart., *dupl.* | 1590 |
| | | Commemoratio S. Felicitatis Mart. | 1591 |
| f | 24 | S. Joannis a Cruce Conf., *dupl.* | 1592 |
| | | Commemoratio S. Chysogoni Mart. | 1592 |
| g | 25 | S. Catharinae Virg. et Mart., *dupl.* | 1593 |



| | | | |
|---|---|---|---|
| A | | S. Silvestri Abb., *dupl.* | 1593 |
| | | Commemoratio S. Petri Alexandrini Ep. et Mart. | 1593 |
| b | 27 | | |
| c | 28 | | |
| d | 29 | Vigilia. | |
| | | Commemoratio S. Saturnini Mart. | 1189 |
| e | 30 | S. ANDREAE APOSTOLI, *dupl. II. class.* | 1189 |

## DECEMBER.

| | | | |
|---|---|---|---|
| f | 1 | | |
| g | 2 | S. Bibianae Virg. et Mart., *semidupl.* | 1195 |
| A | 3 | S. Francisci Xaverii Conf., *dupl. maj.* | 1195 |
| b | 4 | S. Petri Chrysologi Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* | 1196 |
| | | Commemoratio S. Barbarae Virg. et Mart. | 1197 |
| c | 5 | Commemoratio S. Sabbae Abb. | 1197 |
| d | 6 | S. Nicolai Ep. et Conf., *dupl.* | 1198 |
| e | 7 | S. Ambrosii Ep., Conf. et Eccl. Doct., *dupl.* | 1198 |
| f | 8 | CONCEPTIO IMMACULATA B. MARIAE V., *dupl. I. class.* cum Octava communi | 1199 |
| g | 9 | De Octava Conceptionis Immacul., *semidupl.* | |
| A | 10 | De Octava Conceptionis Immacul., *semidupl.* | |
| | | Commemoratio S. Melchiadis Papae et Mart. | 1208 |
| b | 11 | S. Damasi I. Papae et Conf. *semidupl.* | 1208 |
| | | Commemoratio Octavae. | |
| c | 12 | De Octava Conceptionis Immacul., *semidupl.* | |
| d | 13 | S. Luciae Virg. et Mart., *dupl.* | 1209 |
| | | Commemoratio Octavae. | |
| e | 14 | De Octava Conceptionis Immacul., *semidupl.* | |
| f | 15 | Octava Conceptionis Immaculatae B. M. V., *dupl. maj.* | 1210 |
| g | 16 | S. Eusebii Ep. et Mart., *semidupl.* | 1210 |
| A | 17 | | |
| b | 18 | | |
| c | 19 | | |
| d | 20 | Vigilia. | |
| e | 21 | S. THOMAE APOSTOLI, *dupl. II. class.* | 1211 |
| f | 22 | | |
| g | 23 | | |
| A | 24 | Vigilia. | 277 |
| b | 25 | NATIVITAS D. N. J. C., *dupl. I. class.* cum Octava privilegiata III. Ordinis. | 281 |
| c | 26 | S. STEPHANI PROTOMARTYRIS, *dupl. II. class.* cum Octava simplici. | 331 |
| | | Commemoratio Octavae Nativitatis. | |
| d | 27 | S. JOANNIS APOST. ET EVANG., *dupl. II. class.* cum Octava simplici. | 338 |
| | | Commemoratio Octavae Nativitatis. | |
| e | 28 | SS. INNOCENTIUM MARTYRUM, *dupl. II. class.* cum Octava simplici. | 343 |
| | | Commemoratio Octavae Nativitatis. | |
| f | 29 | S. Thomae Cantuariens. Ep. et Mart., *dupl.* | 352 |
| | | Commemoratio Octavae Nativitatis. | |
| g | 30 | De Octava Nativitatis, *semidupl.* | |
| A | 31 | S. Silvestri I. Papae et Conf., *dupl.* | 352 |
| | | Commemoratio Octavae Nativitatis. | |

# DE RITIBUS SERVANDIS IN CANTU MISSAE.

*(Ex Prooemio Vaticanae Editionis.)*

I. Accedente Sacerdote ad altare, incipiunt Cantores Antiphonam ad Introitum. Quae in Feriis et Festis simplicibus intonatur ab uno cantore, usque ad signum appositum *; in aliis Festis et in Dominicis a duobus; sed in solemnitatibus a quatuor, ubi Cantores suppetunt. Chorus prosequitur usque ad Psalmum. Primam partem versus Psalmi usque ad asteriscum, et ℣. *Gloria Patri* ipsi Cantores proferunt, versum absolvente universo Choro. Postea repetitur, item ab omnibus, Introitus usque ad Psalmum.

II. Chorus, finita Antiphona, ter *Kyrie eleison*, ter *Christe eleison*, et iterum ter *Kyrie eleison*, alternatim cum Cantoribus aut altero Choro persolvit. Ultimum autem *Kyrie eleison* dividitur in duas vel etiam in tres partes ab asterisco simplici aut duplici distinctas. Si duae tantum sunt partes, ac proinde unus asteriscus, prima pars ab ipsis Cantoribus aut a primo Choro cantatur, altera vero ab omnibus. Si tres occurrunt partes et ideo asteriscus simplex ad primam divisionem et duplex ad alteram, tunc prima pars ad eosdem pertinet quos supra; secunda vero, quae primae partis melodiam repetit, cantatur ab altero Choro; tertia demum conjunctis omnium vocibus absolvitur. Aliquando etiam quinque partes contingunt : tunc modus dividendi alternas cantandi vices similiter notatur per signum divisionis tum simplex tum duplex pluries interpositum, et satis intelligitur ex dictis.

III. Incipit solus Sacerdos clara voce *Gloria in excelsis Deo :* deinde Chorus prosequitur *Et in terra pax hominibus*, etc., divisus quidem in duas partes invicem sibi respondentes, aut cantat alternatim cum Cantoribus. Sequitur responsio Chori ad *Dominus vobiscum.*

IV. Finita Epistola aut Lectione, ab uno vel a duobus inchoatur Responsorium, quod dicitur Graduale, usque ad signum *, et cuncti, aut saltem Cantores designati, prosequuntur debita cum attentione. Duo dicunt Versum Gradualis, quem ab asterisco circa finem totus Chorus absolvit; aut juxta ritum responsorialem, quando magis id videtur opportunum, post versum a solis Cantoribus aut a Cantore expletum, cuncti repetunt primam partem Responsorii usque ad Versum.

Si *Alleluia, alleluia* cum versu sunt dicenda, primum *Alleluia* cantatur ab uno vel a duobus usque ad signum *; Chorus autem repetit *Alleluia* et subjungit neuma, seu jubilum, protrahens syllabam *a*. Cantores versum concinunt, qui, ut supra occurrente asterisco a toto Choro terminatur. Finito versu, Cantor vel Cantores repetunt *Alleluia* et Chorus addit solum neuma.

Post Septuagesimam, omissis *Alleluia* et ℣. sequenti, dicitur Tractus, cujus versiculi alternatim cantantur a duabus sibi invicem respondentibus Chori partibus, aut a Cantoribus et universo Choro.

Tempore Paschali, omittitur *Graduale* et ejus loco dicitur *Alleluia, alleluia* cum versu, ut supra. Sequitur statim unum *Alleluia* quod ab uno vel duobus inchoatum usque ad neuma absque repetitione absolvitur,



ab omnibus. Versus et unum *Alleluia*, in fine cantantur modo supra descripto.

Sequentiae cantantur alternatim, aut a Cantoribus et Choro, aut a duabus Chori partibus.

V. Finito Evangelio, Sacerdos intonat, si dicendum est, *Credo in unum Deum*, prosequente Choro *Patrem omnipotentem*, et reliqua, conjunctim aut alternatim pro loci consuetudine.

VI. Offertorium ab uno, duobus aut quatuor Cantoribus intonatur, uti ad Introitum, et finitur ab omnibus.

VII. Finita Praefatione Chorus prosequitur *Sanctus* etc. Dum autem elevatur Sacramentum, silet Chorus et cum aliis adorat. [1]

VIII. Post responsionem ad *Pax Domini*, cantatur ter *Agnus Dei*, aut ab universo Choro, inchoantibus uno vel duobus aut quatuor Cantoribus unaquaque vice; vel alternatim, ita ut in fine ab omnibus decantetur : *Dona nobis pacem*, in Missa vero pro defunctis ultima tantum dictio : *sempiternam.*

IX. Sumpto sanctissimo Sacramento, cantatur a Choro Antiphona quae dicitur *Communio*, intonata ab uno, duobus aut quatuor Cantoribus, ut ad Introitum dictum est.

Sacerdos aut Diaconus dicit *Ite Missa est*, vel *Benedicamus Domino*, et Chorus eodem tono respondet *Deo gratias.*

Ad *Requiescant in pace* in Missa Defunctorum respondetur *Amen.*

[1] *Benedictus* in Missa solemni cani nequit ante elevationem, sed canendum est peracta elevatione. S. R. C. nº 4243 ad 6.

## ORATIO ANTE DIVINUM OFFICIUM.

APeri, Dómine, os meum ad benedicéndum nomen sanctum tuum : munda quoque cor meum ab ómnibus vanis, pervérsis et aliénis cogitatiónibus; intelléctum illúmina, afféctum inflámma, ut digne, atténte ac devóte hoc Officium recitáre váleam, et exaudíri mérear ante conspéctum divínae Majestátis tuae. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Dómine, in unióne illíus divínae intentiónis, qua ipse in terris laudes Deo persolvísti, has tibi Horas (*vel* hanc tibi Horam) persólvo.

---

## ORATIO POST DIVINUM OFFICIUM.

SAcrosánctae et indivíduae Trinitáti, crucifíxi Dómini nostri Jesu Christi humanitáti, beatíssimae et gloriosíssimae sempérque Vírginis Maríae foecúndae integritáti, et ómnium Sanctórum universitáti sit sempitérna laus, honor, virtus et glória ab omni creatúra, nobísque remíssio ómnium peccatórum, per infiníta saécula saeculórum.

℟. Amen.

℣. Beáta víscera Maríae Vírginis, quae portavérunt aetérni Patris Fílium. ℟. Et beáta úbera, quae lactavérunt Christum Dóminum.

Pater noster. Ave María.

*Ante Matutinum ad omnes Horas, praeterquam ad Completorium, dicitur secreto* Pater noster. Ave María. *In principio Matutini ac Primae, et in fine Completorii dicitur etiam* Credo in Deum.

PAter noster qui es in caelis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in caelo et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie. Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem : sed líbera nos a malo. Amen.

AVE, María, grátia plena; Dóminus tecum : benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui Jesus. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

CRedo in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem caeli et terrae. Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum : qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, et sepúltus : descéndit ad ínferos; tértia die resurréxit a mórtuis; ascéndit ad caelos; sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis : inde ventúrus est judicáre vivos et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiam cathólicam, Sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiónem, vitam aetérnam.

Amen.

---

# ORDO MISSAE

*Sacerdos :* In nómine Pátris, et Fílii, et Spíritus Sáncti. Amen.

*Ant.* Introíbo ad altáre Déi.

*Ministri :* ℟. Ad Déum qui laetíficat juventútem méam.

### Psalmus 42.

JUdica me Déus, et discérne cáusam méam de génte non sáncta : ab hómine iníquo et dolóso érue me.

*M.* Quia tu es Déus fortitúdo méa : quare me repulísti, et quare trístis incédo, dum affligit me inimícus?

*S.* Emítte lúcem túam, et veritátem túam : ípsa me deduxérunt, et adduxérunt in móntem sánctum túum et in tabernácula túa.

*M.* Et introíbo ad altáre Déi : ad Déum qui laetíficat juventútem méam.

*S.* Confitébor tíbi in cíthara, Déus, Déus méus : quare trístis es ánima méa, et quare contúrbas me?

*M.* Spéra in Déo, quóniam adhuc confitébor illi : salutáre vúltus méi, et Déus méus.

*S.* Glória Pátri, et Fílio, et Spirítui Sáncto.

*M.* Sicut érat in princípio, et nunc, et semper et in saécula saeculórum. Amen.

*S.* Introíbo ad altáre Déi.

℟. Ad Déum qui laetíficat juventútem méam.

℣. Adjutórium nóstrum in nómine Dómini.

℟. Qui fécit caélum et térram.

¶ *In Missis defunctorum, et in Missis de Tempore a Dominica Passionis usque ad Sabbatum sanctum exclusive, omittitur Psalmus* Júdica *cum repetitione Antiphonae.*

*S.* Confíteor Déo omnipoténti, etc.

*Ministri :*

Misereátur túi omnípotens Déus, et dimíssis peccátis túis, perdúcat te ad vítam aetérnam. — *S.* ℟. Amen.



*Ministri :*

Confíteor Déo omnipoténti, beátae Maríae semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístae, sánctis Apóstolis Pétro et Páulo, ómnibus sánctis, et tíbi páter, quia peccávi nimis cogitatióne, vérbo et ópere : méa cúlpa, méa cúlpa, méa máxima cúlpa. Ideo précor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sánctos Apóstolos Pétrum et Páulum, ómnes sánctos, et te páter, oráre pro me ad Dóminum Déum nóstrum.

*Sacerdos :*

Misereátur véstri omnipotens Deus, et dimissis peccátis véstris, perdúcat vos ad vitam aetérnam. ℟. Amen.

Indulgéntiam, absolutiónem et remissiónem peccatórum nostrórum tribuat nóbis omnipotens et mísericors Dóminus. ℟. Amen.

℣. Déus tu convérsus vivificábis nos.
℟. Et plebs túa laetábitur in te.
℣. Osténde nóbis Dómine misericórdiam túam.
℟. Et salutáre túum da nóbis.
℣. Dómine exáudi oratiónem méam.
℟. Et clámor méus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu túo.

Orémus.

AUfer a nobis, quaésumus Dómine, iniquitátes nostras : ut ad Sancta sanctórum puris mereámur méntibus introíre. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Orámus te, Dómine, per mérita sanctórum tuórum, quorum relíquiae hic sunt, et ómnium sanctórum : ut indulgére dignéris ómnia peccáta mea. Amen.

*Sacerdos legit Introitum. Quo finito, dicit alternatim cum ministris :*

Kýrie eléison. Kýrie eléison. Kýrie eléison.

Christe eléison. Christe eléison. Christe eléison.

Kýrie eléison. Kýrie eléison. Kýrie eléison.

GLória in excélsis Déo. Et in térra pax homínibus bónae voluntátis. Laudámus te. Benedícimus te. Adorámus te. Glorificámus te. Grátias ágimus tíbi propter mágnam glóriam túam. Dómine Déus, Rex caeléstis, Déus Páter omnípotens. Dómine Fili unigénite Jésu Chríste. Dómine Déus, Agnus Déi, Fílius Pátris. Qui tóllis peccáta múndi, miserére nóbis. Qui tóllis peccáta múndi, súscipe deprecatiónem nóstram. Qui sédes ad déxteram Pátris, miserére nóbis. Quóniam tu sólus sánctus. Tu sólus Dóminus. Tu sólus altíssimus, Jésu Chríste. Cum Sáncto Spíritu, in glória Déi Pátris. Amen.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

*Orationes una vel plures, ut ordo Officii postulat. Sequitur Epistola, Graduale, Tractus, vel* Allelúia *aut Sequentia.*

*Deinde Sacerdos dicit :*

MUnda cor meum, ac lábia mea, omnípotens Deus, qui lábia Isaíae Prophétae cálculo mundásti ignito : ita me tua grata miseratióne dignáre mundáre, ut sanctum Evangélium tuum digne váleam nuntiáre. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Jube Dómine benedícere.

Dóminus sit in corde meo, et in lábiis meis : ut digne et competénter annúntiem Evangélium suum. Amen.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

✠ Initium *vel* Sequéntia sancti Evangélii secúndum *N.*

℟. Glória tibi Dómine.

*Post Evangelium :* Laus tibi, Chríste.

CRédo in únum Déum, Pátrem omnipoténtem, factórem caéli et térrae, visibílium ómnium et invisibílium. Et in únum Dóminum Jésum Chrístum, Fílium Déi unigénitum. Et ex Pátre nátum ante ómnia saécula. Déum de Déo, lúmen de lúmine, Déum vérum de Déo véro. Génitum, non fáctum, consubstantiálem Pátri : per quem ómnia fácta sunt. Qui propter nos hómines, et propter nóstram salútem descéndit de caélis. Et incarnátus est de Spíritu Sáncto ex María Vírgine : ET HOMO FACTUS EST. Crucifíxus étiam pro nóbis sub Póntio Piláto : pássus, et sepúltus est. Et resurréxit tértia die, secúndum Scriptúras. Et ascéndit in caélum : sédet ad déxteram Pátris. Et íterum ventúrus est cum glória judicáre vivos et mórtuos : cújus régni non érit fínis. Et in Spíritum Sánctum Dóminum, et vivificántem : qui ex Pátre, Filióque procédit. Qui cum Pátre, et Fílio simul adorátur, et conglorificátur : qui locútus est per Prophétas. Et únam, sánctam, cathólicam et apostólicam Ecclésiam. Confíteor únum baptísma in remissiónem peccatórum. Et exspécto resurrectiónem mortuórum. Et vitam ventúri saéculi. Amen.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

Orémus.

*Sacerdos legit Offertorium. Deinde dicit :*

SUscipe sancte Pater, omnípotens aetérne Deus, hanc immaculátam hóstiam, quam ego indígnus fámulus tuus óffero tibi Deo meo vivo et vero, pro innumerabílibus peccátis, et offensiónibus, et negligéntiis meis, et pro ómnibus circumstántibus, sed et pro ómnibus fidélibus christiánis, vivis atque defúnctis : ut mihi et illis profíciat ad salútem in vitam aetérnam. Amen.

Deus, qui humánae substántiae dignitátem mirabíliter condidísti, et mirabílius reformásti : da nobis per hujus aquae et vini mystérium, ejus divinitátis esse consórtes, qui humanitátis nostrae fieri dignátus est párticeps, Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus : per ómnia saécula saeculórum. Amen.

Offérimus tibi, Dómine, cálicem salutáris, tuam deprecántes cleméntiam : ut in conspéctu divínae majestátis tuae, pro nostra et totíus mundi salúte cum odóre suavitátis ascéndat. Amen.

In spíritu humilitátis, et in ánimo contríto suscipiámur a te, Dómine : et sic fiat sacrifícium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi, Dómine Deus.



Veni sanctificátor omnípotens aetérne Deus : et bénedic hoc sacrifícium tuo sancto nómini praeparátum.

### Psalmus 25.

LAvábo inter innocéntes manus meas : et circúmdabo altáre tuum, Dómine.

Ut aúdiam vocem laudis : et enárrem univérsa mirabília tua.

Dómine, diléxi decórem domus tuae : et locum habitatiónis glóriae tuae.

Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam : et cum viris sánguinum vitam meam.

In quorum mánibus iniquitátes sunt : déxtera eórum repléta est munéribus.

Ego autem in innocéntia mea ingréssus sum : rédime me, et miserére mei.

Pes meus stetit in dirécto : in ecclésiis benedícam te, Dómine.

Glória, etc.

Súscipe sancta Trínitas hanc oblatiónem, quam tibi offérimus ob memóriam passiónis, resurrectiónis, et ascensiónis Jesu Christi Dómini nostri : et in honórem beátae Maríae semper Vírginis, et beáti Joánnis Baptístae, et sanctórum Apostolórum Petri et Pauli, et istórum, et ómnium sanctórum : ut illis profíciat ad honórem, nobis autem ad salútem : et illi pro nobis intercédere dignéntur in caelis, quorum memóriam ágimus in terris. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

ORáte fratres : ut meum ac vestrum sacrifícium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipoténtem.

℟. Suscípiat Dóminus sacrifícium de mánibus túis, ad láudem et glóriam nóminis súi, ad utilitátem quoque nóstram, totiúsque Ecclésiae súae sánctae.

*Sacerdos dicit* Amen, *deinde Orationes secretas. Postea :*

## PRAEFATIO COMMUNIS.

¶ *Praefationes propriae inveniuntur post Ordinem Missae.*

PER ómnia saécula saeculórum. ℟. Amen. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo. ℣. Súrsum córda. ℟. Habémus ad Dóminum. ℣. Grátias agámus Dómino Déo nóstro. ℟. Dígnum et jústum est.

Vere dignum et justum est, aequum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere : Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus : per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Caeli, caelorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítti júbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes.

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth. Pleni sunt caeli et terra glória tua. Hosánna in excélsis. Benedíctus qui venit in nómine Dómini. Hosánna in excélsis.

### CANON MISSAE.

TE ígitur, clementíssime Pater, per Jesum Christum Fílium tuum Dóminum nostrum, súpplices rogámus, ac pétimus, uti accépta hábeas, et benedícas, haec dona, haec múnera, haec sancta sacrifícia illibáta, in primis, quae tibi offérimus pro Ecclésia tua sancta cathólica : quam pacificáre, custodíre, adunáre, et régere dignéris toto orbe terrárum : una cum fámulo tuo Papa nostro *N.* et Antístite nostro *N.* et ómnibus orthodóxis, atque cathólicae et apostólicae fídei cultóribus.

Meménto, Dómine, famulórum famularúmque tuárum, *N.* et *N.;* et ómnium circumstántium, quorum tibi fides cógnita est, et nota devótio, pro quibus tibi offérimus : vel qui tibi ófferunt hoc sacrifícium laudis, pro se, suisque ómnibus : pro redemptióne animárum suárum, pro spe salútis, et incolumitátis suae : tibíque reddunt vota sua aetérno Deo, vivo et vero.

Communicántes, et memóriam venerántes, in primis gloriósae semper Vírginis Maríae, Genitrícis Dei et Dómini nostri Jesu Christi : sed et beatórum Apostolórum ac Mártyrum tuórum, Petri et Pauli, Andréae, Jacóbi, Joánnis, Thomae, Jacóbi, Philíppi, Bartholomaéi, Matthaéi, Simónis et Thaddaéi : Lini,

Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmae et Damiáni : et ómnium sanctórum tuórum; quorum méritis, precibúsque concédas, ut in ómnibus protectiónis tuae muniámur auxílio. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Hanc ígitur oblatiónem servitútis nostrae, sed et cunctae famíliae tuae, quaésumus Dómine, ut placátus accípias : diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab aetérna damnatióne nos éripi, et in electórum tuórum júbeas grege numerári. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Quam oblatiónem tu Deus in ómnibus, quaésumus, benedíctam, adscríptam, ratam, rationábilem, acceptabilémque fácere dignéris : ut nobis Corpus, et Sanguis fiat dilectíssimi Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi.

Qui prídie quam paterétur, accépit panem in sanctas ac venerábiles manus suas, et elevátis óculis in caelum, ad te Deum Patrem suum omnipoténtem, tibi grátias agens, benedíxit, fregit, dedítque discípulis suis, dicens : Accípite, et manducáte ex hoc omnes.

HOC EST ENIM CORPUS MEUM.

SImili modo postquam coenátum est, accípiens et hunc praeclárum Cálicem in sanctas ac venerábiles manus suas : item tibi grátias agens, benedíxit deditque discípulis suis, dicens : Accípite et bíbite ex eo omnes.

HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI, NOVI ET AETERNI TESTAMENTI : MYSTERIUM FIDEI : QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM.

Haec quotiescúmque fecéritis, in mei memóriam faciétis.

UNde et mémores, Dómine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta, ejúsdem Christi Fílii tui Dómini nostri tam beátae passiónis, nec non et ab ínferis resurrectiónis, sed et in caelos gloriósae ascensiónis : offérimus praeclárae majestáti tuae de tuis donis, ac datis, hóstiam puram, hóstiam sanctam, hóstiam immaculátam, Panem sanctum vitae aetérnae, et Cálicem salútis perpétuae.

Supra quae propítio ac seréno vultu respícere dignéris : et accépta habére, sícuti accépta habére dignátus es múnera púeri tui justi Abel, et sacrifícium Patriárchae nostri Abrahae : et quod tibi óbtulit summus sacérdos tuus Melchísedech, sanctum sacrifícium, immaculátam hóstiam.

Súpplices te rogámus, omnípotens Deus : jube haec perférri per manus sancti Angeli tui in sublíme altáre tuum in conspéctu divínae majestátis tuae : ut quotquot, ex hac altáris participatióne sacrosánctum Fílii tui Corpus, et Sánguinem sumpsérimus, omni benedictióne caeléstí et grátia repleámur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Meménto étiam, Dómine, famulórum, famularúmque tuárum *N.* et *N.*, qui nos praecessérunt cum signo fídei, et dórmiunt in somno pacis.

Ipsis, Dómine, et ómnibus in Christo quiescéntibus, locum refrigérii, lucis et pacis, ut indúlgeas, deprecámur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Nobis quoque peccatóribus fámulis tuis, de multitúdine miseratiónum tuárum sperántibus, partem áliquam, et societátem donáre dignéris, cum tuis sanctis Apóstolis et Martýribus : cum Joánne, Stéphano, Mathía, Bárnaba, Ignátio, Alexándro, Marcellíno, Petro, Felicitáte, Perpétua, Agatha, Lúcia, Agnéte, Caecília, Anastásia, et ómnibus Sanctis tuis : intra quorum nos consórtium, non aestimátor mériti, sed véniae, quaésumus, largítor admítte, Per Christum Dóminum nostrum. Per quem haec ómnia, Dómine, semper bona creas, sanctíficas, vivíficas, benedícis, et praestas nobis. Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipoténti, in unitáte Spíritus Sancti, omnis honor et glória.

Per ómnia saécula saeculórum.
℟. Amen.

Orémus.

Praecéptis salutáribus móniti, et divína institutióne formáti, audémus dícere.

PAter nóster, qui és in caélis : Sanctificétur nómen túum : Advéniat régnum túum : Fiat volúntas túa, sicut in caélo, et in térra. Pánem nóstrum quo-



tidiánum da nóbis hódie : et dimítte nóbis débita nóstra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nós a málo. *Sacerdos secrete dicit :* Amen.

Líbera nos, quaésumus Dómine, ab ómnibus malis, praetéritis, praeséntibus, et futúris : et intercedénte beáta et gloriósa semper Vírgine Dei Genitríce María, cum beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, atque Andréa, et ómnibus Sanctis, da propítius pácem in diébus nostris : ut ope misericórdiae tuae adjúti, et a peccáto simus semper líberi, et ab omni perturbatióne secúri. Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus.

Per ómnia saécula saeculórum.
℟. Amen.
Pax Dómini sit semper vobíscum.
℟. Et cum spíritu túo.

Haec commíxtio et consecrátio Córporis et Sánguinis Dómini nostri Jesu Christi, fiat accipiéntibus nobis in vitam aetérnam. Amen.

Agnus Déi, qui tóllis peccáta múndi : miserére nóbis.

Agnus Déi, qui tóllis peccáta múndi : miserére nóbis.

Agnus Déi, qui tóllis peccáta múndi : dóna nóbis pácem.

*In Missis pro Defunctis non dicitur* miserére nóbis, *sed ejus loco,* dóna éis réquiem, *et in tertio additur* sempitérnam; *nec dicitur prima ex sequentibus Orationibus.*

DOmine Jesu Christe, qui dixísti Apóstolis tuis : Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis : ne respícias peccáta mea, sed fidem Ecclésiae tuae : eámque secúndum voluntátem tuam pacificáre et coadunáre dignéris : qui vivis et regnas Deus per ómnia saécula saeculórum. Amen.

Dómine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntáte Patris, cooperánte Spíritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificásti : líbera me per hoc sacrosánctum Corpus et Sánguinem tuum ab ómnibus iniquitátibus meis et univérsis malis : et fac me tuis semper inhaerére mandátis, et a te numquam separári permíttas : qui cum eódem Deo Patre, et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus in saécula saeculórum. Amen.

Percéptio Córporis tui, Dómine Jesu Christe, quod ego indígnus súmere praesúmo, non mihi provéniat in judícium et condemnatiónem : sed pro tua pietáte prosit mihi ad tutaméntum mentis et córporis, et ad medélam percipiéndam : qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia saécula saeculórum. Amen.

Panem caeléstem accípiam, et nomen Dómini invocábo.

Dómine, non sum dignus ut intres sub tectum meum : sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

Córpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam meam in vitam aetérnam. Amen.

Quid retríbuam Dómino pro ómnibus quae retríbuit mihi? Cálicem salutáris accípiam, et nomen Dómini invocábo. Laudans invocábo Dóminum, et ab inimícis meis salvus ero.

Sanguis Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam meam in vitam aetérnam. Amen.

Quod ore súmpsimus, Dómine, pura mente capiámus : et de múnere temporáli fiat nobis remédium sempitérnum.

Corpus tuum, Dómine, quod sumpsi, et Sanguis, quem potávi, adhaéreat viscéribus meis : et praesta; ut in me non remáneat scélerum mácula, quem pura et sancta refecérunt sacraménta : Qui vivis et regnas in saécula saeculórum. Amen.

*Post ultimam orationem :*

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo,

Ite missa est, *vel* Benedicámus Dómino. ℟. Déo grátias.

*In Missis Defunctorum :* Requiéscant in páce. ℟. Amen.

Pláceat tibi, sancta Trínitas, obséquium servitútis meae : et praesta; ut sacrifícium, quod óculis tuae majestátis indígnus óbtuli, tibi sit acceptábile, mihíque, et ómnibus, pro quibus illud óbtuli, sit, te miseránte, propitiábile. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Benedicat vos omnipotens Déus, Páter, et Filius, ✠ et Spíritus Sánctus. ℟. Amen.

*In Missis pro Defunctis non datur benedictio.*

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

✠ Inítium sancti Evangélii secúndum Joánnem. ℟. Glória tibi, Dómine.

IN princípio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt : et sine ipso factum est nihil, quod factum est : in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum : et lux in ténebris lucet, et ténebrae eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quae illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his qui credunt in nómine ejus, qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt. ET VERBUM CARO FACTUM EST, et habitávit in nobis : et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiae et veritátis. ℟. Deo grátias.

# PRAEFATIONES PROPRIAE.

*Praefationes cujuscumque Festi dicuntur per Octavam, etiam in Festis occurrentibus, nisi habeant Praefationem propriam.*

## In Nativitate Domini.

Vere dignum et justum est, aequum et salutáre, nos tibi semper, et ubique grátias ágere : Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus. Quia per incarnáti Verbi mystérium, nova mentis nostrae óculis lux tuae claritátis infúlsit : ut dum visibíliter Deum cognóscimus, per hunc in invisibílium amórem rapiámur. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatiónibus, cumque omni milítia caeléstis exércitus, hymnum glóriae tuae cánimus, sine fine dicéntes.

## In Epiphania Domini.

Vere dignum et justum est..., aetérne Deus. Quia, cum Unigénitus tuus in substántia nostrae mortalitátis appáruit, nova nos immortalitátis suae luce reparávit. Et ídeo, etc.

## In Quadragesima.

Vere dignum et justum est, aequum et salutáre..., aetérne Deus. Qui corporáli jejúnio vítia cómprimis, mentem élevas, virtútem largíris et praémia : per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt potestátes. Caeli, caelorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítti júbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes.

## In Missis de Passione et de S. Cruce.

Vere dignum et justum est, aequum et salutáre..., aetérne Deus. Qui salútem humáni géneris in ligno crucis constituísti : ut unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret : et qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur : per Christum Dóminum nostrum. Per quem, etc.

## In Paschate.

Vere dignum et justum est, aequum et salutáre : Te quidem Dómine omni témpore, sed in hac potíssimum die (*ou* in hoc potíssimum) gloriósius praedicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndo destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ídeo, etc.

## In Ascensione Domini.

Vere dignum et justum est, aequum et salutáre..., aetérne Deus : per Christum Dóminum nostrum. Qui post resurrectiónem suam ómnibus discípulis suis maniféstus appáruit, et ipsis cernéntibus est elevátus in caelum, ut nos divinitátis suae tribúeret esse partícipes. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatiónibus, cumque omni milítia caeléstis exércitus, hymnum glóriae tuae cánimus, sine fine dicéntes.

### In Pentecoste.

Vere dignum et justum est, aequum et salutáre..., aetérne Deus : per Christum Dóminum nostrum. Qui ascéndens super omnes caelos, sedénsque ad déxteram tuam, promíssum Spíritum Sanctum (hodiérna die) in fílios adoptiónis effúdit. Quaprópter profúsis gáudiis, totus in orbe terrárum mundus exsúltat. Sed et supérnae Virtútes, atque angélicae Potestátes hymnum glóriae tuae cóncinunt, sine fine dicéntes.

### In Festo Ss. Trinitatis et in Dominicis per annum.

Vere dignum et justum est, aequum et salutáre..., aetérne Deus. Qui cum Unigénito Fílio tuo, et Spíritu Sancto, unus es Deus, unus es Dóminus : non in unius singularitáte persónae, sed in uníus Trinitáte substántiae. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Fílio tuo, hoc de Spíritu Sancto, sine differéntia discretiónis sentímus. Ut in confessióne verae, sempiternaéque Deitátis, et in persónis propríetas, et in esséntia únitas, et in majestáte adorétur aequálitas. Quam laudant Angeli, atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim : qui non cessant clamáre quotídie, una voce dicéntes.

### In Festo Jesu Christi Regis.

Vere dignum et justum est, aequum et salutáre..., aetérne Deus. Qui unigénitum Fílium tuum Dóminum nostrum Jesum Christum, Sacerdótem aetérnum et universórum Regem, óleo exsultatiónis unxísti : ut seípsum in ara crucis, hóstiam immaculátam et pacíficam ófferens, redemptiónis humánae sacraménta perágeret : et suo subjéctis império ómnibus creatúris, aetérnum et universále regnum, imménsae tuae tráderet Majestáti : regnum veritátis et vitae; regnum sanctitátis et grátiae; regnum justítiae, amóris et pacis. Et ídeo, etc.

### In Festis et Missis votivis B. Mariae Virginis.

Vere dignum et justum est, aequum et salutáre..., aetérne Deus. Et te in *** beátae Maríae semper Vírginis collaudáre, benedícere, et praedicáre. Quae et Unigénitum tuum Sancti Spíritus obumbratióne concépit : et virginitátis glória permanénte, lumen aetérnum mundo effúdit, Jesum Christum Dóminum nostrum. Per quem, etc.

### In Festis et Missis votivis de S. Joseph.

Vere dignum et justum est..., aetérne Deus : Et te in Festivitáte (in Veneratióne) beáti Joseph débitis magnificáre praecóniis, benedícere et praedicáre. Qui et vir justus, a te Deíparae Vírgini Sponsus est datus : et fidélis servus ac prudens, super Famíliam tuam est constitútus : ut Unigénitum tuum, Sancti Spíritus obumbratióne concéptum, patérna vice custodíret, Jesum Christum Dóminum nostrum. Per quem, etc.

### In Festis Apostolorum.

Vere dignum et justum est, aequum et salutáre : Te Dómine supplíciter exoráre, ut gregem tuum, pastor aetérne, non déseras : sed per beátos Apóstolos tuos contínua protectióne custódias. Ut iisdem rectóribus gubernétur, quos óperis tui vicários eídem contulísti praeésse pastóres. Et ídeo, etc.

### In Missis Defunctorum.

Vere dignum et justum est, aequum et salutáre..., aetérne Deus, per Christum Dóminum nostrum. In quo nobis spes beátae resurrectiónis effúlsit : ut quos contrístat certa moriéndi condítio, eósdem consolétur futúrae immortalitátis promíssio. Tuis enim fidélibus, Dómine, vita mutátur, non tóllitur : et dissolúta terréstris hujus incolátus domo, aetérna in caelis habitátio comparátur. Et ídeo, etc

# CANTUS ORDINARII MISSAE.

## In Dominicis ad Aspersionem Aquae benedictae

### EXTRA TEMPUS PASCHALE.

(M.M. ♪ = 138.) XIII. s.

Ant. 7. (sol-ré)




*Repetitur Ant.* **Aspérges me.**

¶ *In Dominica de Passione et in Dominica Palmarum non dicitur* Glória Pátri, *sed post Psalmum* Miserére *repetitur immediate Antiphona* Aspérges me.